Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



XXV.

Respice; fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit; et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem deo. Offr.

Benedictus es domine doce me iustificationes tuas. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Secr.

Hecclie tue domine preces et hostias placatus admitte, ut destructis aduersitatibus unanimis secura tibi seruiat libertate. Com.

Manducauerunt et saturati sunt nimis et desiderium eorum attulit eis dominus non sunt fraudati a desiderio suo.

Repleti sumus. Post com.

Donorum principatum celestium, presta quesumus; ut earum et iugiter sumamus et incessabiliter ambiamus. P.

Sia qirta in capitte ieiunij qui missa fuit celebrada a officias indutus cappa nigra procedat cum ministris ad altare maior legendo psalmos penitentiales finitis quibus finitis sequitur ant. Ne reminiscaris domine delicta mea uel parentum meorum neque uindictam sumas de peccatis meis. K. x. k. Pr nr. quo finito dicat officias.

Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Mitte eis domine spiritum tuum sanctum. Et de sion tuere eos. Esto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Non exaudi orationem meam. Dominus uobiscum. Oremus.

Exaudi domine. Oro. preces nostras, et confitentium tibi parce peccatis; ut quos conscientia reatus accusat, indulgentia tue pietatis absoluat. P. Finita oratione dicat officians absolutionem absque. Dominus uobiscum. Et absque. Oremus.

Omnipotens ihesu xpe qui beato petro apostolo potestatem dedisti ligandi atque soluendi, ipse uos absoluat ab omni uinculo delictorum; et quantum mee fragilitati permittit